[11] Fantus de Ogerio . . . addidit, quod quondam Mattheus comes, qui propter potenciam, quam habebat, usurpavit et occupavit terram Capitinate et donavit predicto monasterio Sancti Iohannis predictam terram Sancti Iohannis Rotundi, qui prius vocabatur Castellarium^a; quem comitem Mattheum dixit non fuisse verum dominum, set usurpavit predictam contratam, quia imperator Fredericus, qui erat parvulus^b, erat in Sicilia et maxima guerra tunc temporis erat in regno. Interrogatus de causa sciencie dixit, quod sic audivit dici ab antecessoribus hominibus terre sue; et hoc etiam narravit, quod dixit se ignorare, si predictum monasterium teneat predictam baiulationem predicte terre Sancti Iohannis Rotundi de mandato regio. Dixit etiam, quod quoddam palacium est intus in eadem terra Sancti [f. 208^b] Iohannis Rotundi, quod fuit semper predictorum dominorum ipsius terre, quod detinetur occupatum per dominum Tipaldum Ala[mannum]. Interrogatus, si alius prelatus tenet aliqua bona in predicta terra, dixit se [ignorare. Interrogatus, si aliqua restituta] sunt ecclesiis aut aliis personis quibuscumque [post felicem ingressum domini nostri] regis in

^a Orig. Castellarius. ^b Hierauf im Orig. et, was besser gestrichen wird.

¹ S. Egidio unweit östl. S. Giovanni Rotondo, nahe dem gleichnamigen See.

regnum, dixit idem [quod primus testes]; addidit [etiam, quod dicta] terra Sancti Iohannis Rotundi causata fuit per imperatorem, [pro eo quod dicebatur pertinere] ad demanium suum, et imperator obtinuit inde sententiam [de terra predicta tamquam de] re pertinente ad suum demanium, habita inde sententia, in [qua] continebatur, quod dictus abbas nullo modo impeteret vel molestaret dictum imperatorem vel eius heredes vel alios dominos regni sub pena quingentarum unciarum auri super terra predicta; que sententia deposita fuit penes iudicem Nicolaum Salpitanum et iudicem Angelum de eadem terra, qui corrupti pecunia, videlicet unc. aur. 12, tradiderunt sententiam ipsam abbati Leoni quondam abbati eiusdem monasterii comburrendam¹.

[12] Petrus de Gaudio . . . dixit, quod predictum monasterium Sancti Iohannis in Lamis tenet predictam baiulationem predicte terre de mandato domini nostri regis Karoli pro helemosina usque ad aliud mandatum domini nostri regis. Et addidit, quod predictum palacium, quod detinetur occupatum per predictum dominum Tipaldum, reparatur^a et reparatum fuit per dominum Americum de Siponto tunc temporis dominum ipsius terre ex concessione quondam regis Corradi filii imperatoris Frederici et per dominum Perzuvallum de Aurys² tunc temporis dominum ipsius terre ex concessione quondam domini Manfredi principis Tarentini ad expensas ipsorum dominorum et hominum dicte terre. Interrogatus, si alius prelatus tenet aliqua bona in ipsa terra, dixit, quod monasterium Montis sacri³ hodie tenet intus in dicta terra domum unam, que est iuxta domum Riccardi de Basilio. . . .

[f. 209^a] [13] Mag. Lucas de Rencluso . . . addidit, quod abbas predicti monasterii Sancti Iohannis in Lamis hodie tenet et possidet prope predictam terram Sancti Iohannis Rotundi quoddam casale Sancti Iohannis Rotundi exabitum. . . . [f. 209^b] [. . .] sunt anni quatragesima quinque, quod vidit dominum im[peratorem . . . tenentem] terram Sancti Iohannis Rotundi in suo demanio et predictum abbatem, qui tunc erat, tenentem predictum casale, quod vocatur Sanctus Iohannes Rotundus; et deinde successive predictum monasterium tenuit et tenet predictum casale in extalium (*statt in extalium sagt ein anderer Zeuge: exabitum, was entschieden richtiger ist.*)

[f. 210^a] [14] Bar(tholomeus⁴) de Iacobo . . . dixit . . . , quod predictum monasterium Sancti Iohannis in Lamis [tenet baiulationem in ipsa terra] Sancti Iohannis Rotundi non de iure, set de voluntate reg[is . . .]. Addidit etiam, quod omnia morticia et excadencie [. . .] nunc, quod iam sunt anni quadraginta, quod fuerunt et erant curie; et hodie eadem pro [domino] rege procurantur.

^a Orig. repertum.

¹ Der Streit um S. Giovanni Rotondo spielt in dem polemischen Notenwechsel zwischen Friedrich II. und Gregor IX. eine gewisse Rolle. In dem Gravamina des Papstes vom Jahre 1236 findet sich auch: De monasterio S. Iohannis in Lamis, cui fere ablata sunt omnia que habuit (Rodenberg I 596 Nr. 700), und ähnlich in den Anklagen vom Jahre 1238 (Matheus Parisiensis, MGH, SS XXVIII 149). Friedrich antwortet darauf am 28. Oktober 1238 (Reg. Imp. V 2401, Matheus Parisiensis a. a. O. S. 155): Locus Lame cinctus (?) est per sententiam ab abbate Sancti Iohannis Rotundi, qui de eo, velut de re feudali, potuit et debuit secundum ius civile et canonicum in imperiali curia conveniri. Hier liegt eine Unklarheit vor, die auf Mißverständnis der Bischöfe, die die Antwort Friedrichs an den Papst übermittelten, beruhen mag. Das Kloster, un dessen Besitz es sich handelt, ist San Giovanni in Lamis, der Besitz hingegen die terra San Giovanni Rotondo.

² Unten Ziffer 17 heißt er: de Horia (Oria in der Terra d'Otranto).

³ Santissima Trinità di Monte Sacro auf dem Monte Gargano; vgl. Di Meo X 101 und De Ambrosio S. 27.

⁴ Im Orig. nur Bar.

[15] Iordanus de Aurimpia . . . dixit . . . , quod audivit dici, quod idcirco quondam imperator Henrricus fecit dismayari castrum, quod vocatur Castellarium, quod erat in quodam monte supra ipsam terram Sancti Iohannis Rotundi positum^a, pro eo quod petebat ab hominibus predicti castri Castellarii unc. aur. centum. . . .

[16] Petrus de sire David . . . dixit . . . , quod predictum monasterium tenet baiulationem in ipsa terra Sancti Iohannis Rotundi non de iure, set ex dono regis usque ad velle suum. Dixit etiam, quod sub pre[textu bai]ulationis predicte predictum monasterium usurpavit et [. . .] sibi [. . .] terra Sancti Iohannis Rotundi de pertinentiis [. . .] hoc tenere. . . .

[f. 211^a] [17] Petrus de Gualterio . . . dixit . . . , quod predictum monasterium tenet quintam partem pantani, quod vocatur pantanum Sancti Egidii¹, quod est prope terram Sancti Iohannis Rotundi ad duo miliar(ia). Interrogatus, si curia ius habet in ipsa quinta parte pantani, dixit, quod vidit teneri et possideri totum ipsum pantanum a domino Princivallo² de Horia sub tempore quondam domini Manfredi principis Tarentini

[f. 211^b] [18] Severinus de mag. Iohanne Ferrar(o) . . . addidit, quod audivit dici a parentibus et antecessoribus eius, quod predictus imperator Henrricus fecit ammayari seu construi sursum in predicto monte Castellarii predictum castrum, quod vocatur Castellarium, de hominibus contrate, et postea fecit dismayari predictum castrum Castellarii et construi in pede predicti montis predictam terram Sancti Iohannis Rotundi

Die übrigen Zeugen sagen nichts sachlich Neues aus.

[f. 212^b]

In casali Faczioli³.

[19] [Iudex Bartholomeus . . .] . . . dixit se scire, [quod abbas monasterii Sancti Iohannis in] Lamis hodie tenet et possidet casale Sale, casale Faccioli et casale Sancti Marci. Interrogatus, si curia ius habet in eis, dixit, quod vidit quondam imperatorem Fredericum tenentem et possidentem casale Faccioli; et heredes eius tenuerunt postmodum ipsum casale usque ad adventum domini nostri regis in regnum. Item interrogatus, si aliqua bona restituta sunt ipsi monasterio, dixit, quod predictum casale Faccioli restitutum fuit abbati dicti monasterii post felicem ingressum domini nostri regis in regnum. Dixit etiam, quod post felicem ingressum domini nostri regis in regnum restituta fuerunt Salvie mulieri et uxori ipsius testis deponentis casale unum, de quo facta est domus una, que est iuxta domum Angeli Rubei, de terris laboratorii salmat(as) quatuor⁴, que sunt iuxta paludem, et prope casale ipsum de terris laboratorii salmat(as) duas. Item restituta fuerunt Gualterio de Mariano domus una, que est iuxta domum sire Basilii, de terris laboratorii salmat(as)⁴ decem, videlicet in loco Guardiole⁵ salmat(am) unam et prope casale ipsum alias salmat(as) de terris. Interrogatus, si curia ius habet in bonis ipsis, dixit, quod vidit dictum imperatorem Fredericum et heredes eius tenentes bona predicta. Item interrogatus, si alius abbas vel prelatus tenet aliqua bona in ipso casali pheudalia aut burgensatica, dixit nichil inde scire.

^a Orig. posita.

¹ Jetzt Lago S. Eligio.

² Oben Ziff. 12 heißt er Perzuvallus, was die gewöhnliche Namensform ist.

³ Vgl. oben Ziff. 6.

⁴ Von hier ab wird weiterkonstruiert, als ob es sich um einen Accusativus cum infinitivo handle.

⁵ Guardiola lag etwa 10 km nordwestlich von Lucera. Haseloff I 94.

[20] Gualterius de Mariano . . . [f. 213^a] dixit . . . , quod [. . .] post felicem ingressum domini regis in regnum Nicolao de Archipresbitero de [. . .] terrarum laboratoriarum, que sunt [. . .] terrarum laboratoriarum [. . .] in via Fogie et in via [. . .] iuxta domum sire Basili de terris laboratorii salmat(as) [. . . in loco] Guardiolo et iuxta ipsum casale Iacobo de Facciolo [. . .] laboratoriarum, que sunt in via Sancti Quirici¹ et in [. . .] . . .

[21] Sire Michael . . . addidit, quod predictum monasterium hodie tenet et possidet quoddam pantanum, quod est in tenimento ipsius casalis. Interrogatus, si curia ius habet in eodem pantano, dixit, quod vidit imperatorem Fredericum tenentem et possidentem et heredes eius predictum pantanum. Interrogatus quot anni sunt, dixit, quod sunt anni quadraginta et plus.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[In Precina]²

[f. 213^b] [22] [Robbertus de Mercur(e) . . .] dixit se scire, quod episcopus [Precinensis hodie tenet et possidet domum unam, que est] iuxta domum Robberti de [sire Angelo . . .] est iuxta vineam Thomasii de Maynardo (*der folgende Zeuge sagt: et vineam unam in contrata, que dicitur Rimartir(e)*). Interrogatus, si curia [ius habet in domo et vineis predicti]s, dixit nichil inde scire (*der folgende Zeuge fügt hinzu: set dixit, quod empte fuerunt predictae domus et vinee a quodam homine per predictum episcopum, et solvebat in collectis pro bonis ipsis*). Item dixit, quod abbatissa monialium [Sancte Marie de Precina hodie t]enet et possidet in contrata Collimundi quatuor trenta[lia vin(earum)]; item iuxta monasterium ipsum duas petias vinearum; item in via, que dicitur de Castello[cio³, maximam] quantitatem terrarum laboratoriarum; item iuxta monasterium ipsum quandam quantitatem terrarum laboratoriarum cum arboribus olivarum (*der folgende Zeuge fügt hinzu: et domum unum in Precina iuxta ecclesiam Sancte Lucie*). Item dixit, quod abbas monasterii Sancti Iohannis in Plano⁴, quod est prope Precinam, hodie tenet et possidet ratione ipsius monasterii domos tres, que sunt intus in eadem civitate Precine iuxta ecclesiam Sancti Nicolai (*der zweite Zeuge fügt hinzu: item ortum unum et vineam unam [. . .]*); item iuxta monasterium predictum quandam quantitatem vinearum (*der zweite Zeuge fügt hinzu: item iuxta ecclesiam Sancti Iacobi [. . .]*); item prope monasterium ipsum ducenta modia terrarum laboratoriarum; item in eodem loco quandam quantitatem arborum olivarum; item moleninum unum de aqua in contrata, que dicitur Caldula⁵. Item interrogatus, si curia ius habet in omnibus suprascriptis bonis, dixit nichil inde scire. Interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis aut aliis personis post felicem ingresum^a domini nostri regis in regnum, dixit nichil inde scire.

[f. 214^a] [23] Ugolinus . . . dixit, quod predictum monasterium Sancti Iohannis de Plano debet servire curie de uno equite, quando rex iret ad pugnam, vel mittere subsidium ad aliquem locum; qui eques vocatur Burronus; et debet ire ad expensas ipsius monasterii. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod audivit dici et est fama publica.

^a So Orig.

¹ Massaria S. Chirico, nordnordöstlich von Fazioli antico.

² Apricena, am Fuße des Monte Gargano, nordnordöstlich S. Severo. Vgl. Quaternus de excadenciis S. 58.

³ Castelluccia, nordöstl. Apricena.

⁴ Casale S. Giovanni in Piano, westl. Apricena. Vgl. auch De Ambrosio S. 27.

⁵ Caldoli, nordöstl. Apricena, unweit des Lago di Lesina.

[24] Angelus de Tracto . . . addidit, quod abbas predicti monasterii Sancti Iohannis in Plano hodie tenet et possidet in loco, qui dicitur Pinzaria, vinearum trentalia duo; item in eodem loco ortum unum et domum unam cum fornace, ubi fiunt imbrici^a; item in loco Caldule tenimentum magnum terrarum laboratoriarum, quod est fere ducentorum modiorum.

[25] Iacobus de Maynolfo . . . addidit, quod abbas, qui tunc erat, predicti monasterii Sancti Iohannis in Plano pro bonis predictis solvebat in collectis tempore quondam imperatoris Frederici.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[f. 214^b]

In Alesina¹.

[26] Sabinus de Sangro . . . dixit se scire, quod episcopus Alexinus hodie tenet et possidet iardinum unum, quod est prope civitatem Alexine; item quandam petiam terrarum in via, qua itur ab [f. 215^a] Alexina apud Sanctum Severum; item olivetum [unum in loco, qui] dicitur Gurgus; item [. . .]cceria vel lacus quatuor pro capiendis avibus [. . .] in via, qua itur ab Alexina apud Sanctum Severum; item piscari[am . . . va]llonis, que est iuxta fauc[em] Alexine; item domos [. . .]. Item interrogatus, si curia ius habet in bonis, dixit nichil inde scire. Item dixit, quod ecclesia Sancti Pri[miani]² . . . et possidet piscariam faucis Alexine; item domum unam [. . . iu]dicis Angeli; item olivetum unum iuxta olivas iudicis [. . .] unam dirutam iuxta domum Nicolai de Litardo. Interrogatus, si curia [ius habet in bonis] ipsis, dixit se scire, quod rector Sancti Primiani, qui nunc est, tenet ex donatione et collatione domini principis Salernitani omnia bona predicta tamquam bona spectancia ad collationem curie. Item quod abbas monasterii Sancte Marie de Ripalta hodie tenet intus in Alexina et territorio eiusdem civitatis domum unam cum trappeto; item olivetum unum in vallon(e), qui dicitur de Sancto Severo (*ein späterer Zeuge sagt in via, qua itur apud Ripaltam*); item casile unum iuxta casile Sancte Scolastice³. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis bonis, dixit nichil inde scire. Item dixit, quod abbas monasterii Sancti Iohannis in Plano hodie tenet et possidet in Alexina domum unam iuxta domum Leonardi de Landulfo; item olivetum unum in contrata de burgo; item in platea domum unam; item piscariam unam in mari. Interrogatus, si curia ius habet in eis, dixit nichil inde scire. Item interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis aut aliis personis post felicem ingressum domini nostri regis in regnum, dixit nichil inde scire.

[27] Tholomeus de Benelicto . . . dixit se scire, quod episcopus Alexine hodie tenet et possidet iardinum unum iuxta hospitale et vineam unam in via, qua itur ab Alexina apud Civitatem⁴. Interrogatus, si curia ius habet in eis, dixit nichil inde scire.

[28] Pascalis de Rogerio . . . dixit se scire, quod episcopus Alexine hodie tenet et possidet racione episcopatus domum unam iuxta episcopatum; item vallonem piscar(ie) faucis Alexine; item tenimentum unum terrarum labo[f. 215^b]ratoriarum iuxta ecclesiam [Sancti

^a So Orig. statt imbrices.

¹ Lesina. Vgl. Quaternus de excadenciis S. 55.

² Massaria S. Primiano, südöstl. Lesina.

³ Vgl. Quaternus de excadenciis S. 56.

⁴ Lag bei Pezza della Chiesa, nordwestl. S. Paolo di Civitate, unweit des Straßenüberganges über den Fortore. Hasehoff I 373ff.

Lauren]cii¹; item olivetum unum, in loco, qui dicitur Gurgus; [item ortum] unum pro[pe portam ipsius] civitat(is) Alexin(e); item ortum unum prope ci[vitatem] Alexine (*ein anderer Zeuge sagt*: qui est iuxta ecclesiam Sancti Laurentii). Interrogatus, si [curia ius habet] in eis, dixit nichil inde scire. Item dixit, [quod rector ecclesie Sancti Primiani hodie] tenet et possidet piscariam vallonis fau[cis Alexine . . .]; item domum unam, que [est prope ecclesiam] Sancti Primiani (*derselbe andere Zeuge fügt hinzu*: item petiam unam terrarum laboratoriarum, que vocatur vineale Sancti Primiani, iuxta putheum²). Item interrogatus, si [curia ius habet in] bonis ipsis, dixit se scire, quod bona ipsa sunt curie, quia ecclesia ipsa Sancti Primiani est capella regia vel principalis. Item dixit, quod abbas [monasterii Montis] Virginis habet quandam quantitatem anguillarum quolibet anno de piscaria faucis (*derselbe andere Zeuge fügt hinzu*: item domum unam in platea). Item monasterium Sancte Marie de Ripalta tenet domum unam cum trappeto prope castrum; item domum unam in platea; item domum aliam iuxta domum Riccardi. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis bonis, dixit nichil inde scire; set dixit, quod bona ipsa fuerunt quorundum hominum oblatorum ipsi monasterio. Item dixit, quod abbas monasterii Sancti Iohannis in Plano hodie tenet et possidet in eadem civitate domum unam prope domum monasterii Sancte Marie de Ripalta. Item dixit, quod abbas monasterii Sancti Heunofrii³ hodie tenet et possidet domum unam iuxta domum Albaver(ii) de Thomasio (*derselbe andere Zeuge sagt*: in platea); item quandam quantitatem arborum olivarum in territorio ipsius civitatis. Interrogatus, si curia ius habet in eis, dixit nichil inde scire. Item abbas monasterii Sancti Leonardi⁴ hodie tenet domum unam in platea; item quandam quantitatem arborum olivarum in territorio Alexine.⁵ Item interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis aut aliis personis post felicem ingressum domini nostri regis in regnum, dixit nichil inde scire.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[f. 216^b]

In casali Vene de Causa⁵.

[29] Iudex Pascalis de Vena . . . dixit se scire, quod abbas monasterii Casenove⁶ hodie tenet et possidet casale Vene de Causa. Interrogatus, si curia ius habet in eodem casali, dixit, quod quondam imperator Fredericus tenuit dictum casale, donec vixit, et heredes eius tenuerunt dictum casale. Interrogatus quot anni essent, quod dictus imperator tenuit dictum casale, dixit, quod sunt anni quadraginta quinque et plus. Interrogatus, si alius prelatus hodie tenet aliqua bona pheudalia aut burgensatica in dicto casali, dixit nichil inde scire. Item interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis vel personis quibuscumque post felicem ingressum domini regis in regnum, dixit, quod casale ipsum restitutum fuit abbati dicti monasterii.

[30] Nicolaus Russus . . . [f. 217^a] interrogatus, si alius prelatus hodie tenet aliqua bona pheudalia aut burgensatica in dicto casali, dixit, quod idem abbas [. . . grangiam Sancte] Agathes⁷ cum magno tenimento terrarum laboratoriarum. Interrogatus, [si curia ius habet

¹ Pontone S. Lorenzo, westl. Lesina.

² Vielleicht der Pozzo Filippo zwischen Lesina und der Massaria S. Primiano.

³ S. Onofrio, unweit östlich von San Giovanni Rotondo (bei Rizzi-Zannoni).

⁴ S. Leonardo in Siponto.

⁵ Über die Lage vgl. Sthamer, *Verwaltung der Kastelle* S. 99 Anm. 17. Vgl. auch *Quaternus de excadenciis* S. 83.

⁶ Siehe oben S. 83 Anm. 2.

⁷ S. Agata, nordöstl. Chieuti.

in eadem] grangia, dixit, quod grangia ipsa hedificata fuit in tenimento predicto post mortem imperatoris. Dixit etiam, quod abbas predictus debet servire de [. . .] regi. Interrogatus, quanto servicio debet servire, dixit se nescire. Interrogatus [quomodo sciret, dixit], quod vidit procuratorem monasterii supradicti solventem adhuamentum pro parte curie iusticiario [Capi]tinat(e). . .

Die anderen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[f. 217^a]

In Serra Capriola¹.

[31] Loysius de Serra Capriola . . . dixit se scire, quod abbas Montis Casinensis hodie tenet et possidet in Serra^a Caprioli teni[f. 217^b][mentum] unum terrarum burg[ensaticarum] (*der folgende Zeuge sagt*: quod tenimentum incipit a quodam loco, qui dicitur Dragonarol(a)², et vadit usque ad tenimentum casalis Dragonarie; *ein späterer Zeuge fügt hinzu*: quod tenimentum est per longum duo miliaria et per latus fere miliare unum) in flum[ine] Fortor[is], quod tenimentum est de una par[te . . .] miliaria duo [. . .] (*der folgende Zeuge fügt hinzu*: item dixit, quod abbas monasterii Sancti Stephani hodie tenet et possidet in tenimento Serre quandam vineam iuxta ecclesiam Sancti Stephani³ predicti; item prope ecclesiam ipsam tenimentum unum terrarum). Interrogatus, si curia ius habet in tenimento predicto, [dixit nichil inde scire. Item interrogatus], si aliqua bona restituta fuerunt ecclesiis [aut personis quibuscumque post felicem ingressum domini nostri regis in] regnum, dixit, quod restitu[ta fuit] predicta terra Serre] Capriole comiti Rogerio de Celano⁴. Interrogatus, si curia ius [habet in predicta terra Serre] Caprioli, dixit se nescire; set dixit, quod dicta terra fuit quondam comit(is) [. . .]. Dixit etiam, quod idem comes tenet occupata bona quondam [iudicis Primiani], videlicet domum unam dirutam, ubi habitabat, iuxta ecclesiam Sancte Marie⁵; item domum aliam dirutam iuxta predictam domum; item domum aliam dirutam [a] fronte ipsius domus, ubi fuit molendinum ipsius iudicis Primiani; item domum aliam dirutam iuxta domum notarii Goffridi; item in loco Treczal(i)⁶ quatuor petias vin(earum); item prope ipsam terram Serre arbores olivarum centum.

[32] Franciscus de Corrado . . . interrogatus, si curia ius habet in dicta terra, dixit, quod a tempore recordacionis sue, quod sunt anni quinquaginta, quod vidit quondam imperatorem Fredericum tenentem et possidentem predictam terram Serre; et post mortem predicti imperatoris Frederici (*spätere Zeugen sagen aus*: et post mortem dicti imperatoris regem Corradum filium dicti imperatoris; et post mortem regis Corradi vidit tenentem et possidentem dictam terram quondam dominum Manfredum principem Tarentinum; et infra dominium ipsius domini Manfredi vidit tenentem ipsam terram comitem Gualterium de Mannuppello) tenuit ipsam terram Serre comes Gualterius Manuppellus. Et addidit, quod bona quondam iudicis Primiani de Serra proditoris, que esse debent curie, occupata sunt

^a Orig. terra.

¹ Serracapriola. Vgl. Quaternus de exadenciis S. 84. Gattula, Accessiones I 243ff. Tria S. 413.

² Bosco Dragonarella und Bosco Dragonara, südlich Serracapriola, am rechten Ufer des Fortore. Darin das zerstörte Castro Dragonara.

³ Gemeint ist das Kloster S. Stefano ad Rivum maris. Das Werk von Pietro Saraceni, La cronaca di S. Stefano ad Rivum maris (Lanciano 1877) war mir nicht zugänglich.

⁴ Serracapriola wird (ca. Januar 1277) als Besitz des Grafen Roger von Celano erwähnt. Jamison, Conti di Molise S. 149.

⁵ Madonna del Monte, ehemals (nach Rizzi-Zamoni) S. Maria del Monte bei Serracapriola.

⁶ Wohl identisch mit dem locus Terrenzan(i) in Ziff. 32.

per comitem Rogerium de Celano, videlicet tres domus^a contigue dirute^b prope domum Leonardi de Abbate; item aliam¹ domum dirutam iuxta domum Petri de Sardea; item in loco Terrenzan(i) quatuor petias vin(earum); item prope Serras olivetum unum, quod vocatur Iardinum; item in diversis partibus tenimenti Serre magnam petiam terrarum laboratoriarum.

[f. 218^a] [33] Goffridus de Magno . . . addidit, quod idem comes tenet similiter occupatum tenimentum unum terrarum, quod est iuxta fontem Pellucanih(e); item tenimentum aliud terrarum iuxta vallon(em), qui dicitur Vivent(is).

[34] Rogerius de sire Henrrico . . . [f. 218^b] addidit, quod idem comes tenet occupata bona quondam Leonardi de Serra militis, videlicet domum unam dirutam, que est in platea puplica; item in vall(one) de Matellita vineam unam; item in loco, qui dicitur Lavandar(ie)², tenimentum unum terrarum.

[f. 219^a] [35] Iudex Iacobus . . . addidit, quod abbas monasterii de Pulsan(o)³ tenet in tenimento Serre quoddam tenimentum terrarum, quod est iuxta ecclesiam Sancti Silvestri⁴.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[f. 219^b] In casali Sancti Leucii⁵.

[36] Iudex Iohannes . . . dixit se scire, quod episcopus Civitatis hodie tenet et possidet racione ecclesie Civitatis casale Sancti Leucii. Interrogatus, si curia ius habet in eodem casali, dixit nichil scire. Interrogatus, si alius abbas vel prelati hodie tenet aliqua bona pheidalia aut burgensatica, dixit nichil inde scire. Interrogatus, si aliqua bona restituta sunt ecclesiis aut personis quibuscumque post felicem ingressum domini regis in regnum, dixit nichil scire.

[37] Iudex Nicolaus . . . addidit, quod abbas monasterii Casenove hodie tenet et possidet insulam Trimit(anam)⁶, que est infra mare ad miliaria decem et octo.

[38] Benedictus de Berardo . . . dixit se scire, quod episcopus Civitatis . . . tenet . . . in eodem casali duas petias vinee, una quarum est in via, qua itur apud Venam de Causa, et alia est in via, qua itur apud Ripaltam; item olivetum unum, [f. 220^a] quod est iuxta vineam Ugonis de sire Iohanne; item in Colle Martelli⁷ et in flumaria tenimentum terrarum; que res sunt burgensatice (*andere Zeugen fügen hinzu*: quod tenet quandam domum cum molendino burgensaticam). Interrogatus, si curia ius habet in eodem casali et bonis predictis, dixit nichil inde scire. Et addidit, quod [idem episcopus hodie] tenet occ[upatum] quendum] ortum cum arb[oribus] ficuum, qui est prope casale predictum, qui fuit quondam iudicis Pri]miani proditoris. . . [. . .] tenetur servire curie de medio milite.

Die anderen Zeugen sagen nichts Neues aus.

^a Orig. domos. ^b Orig. diruit.

¹ Von hier ab anakoluthisch weiter im Accusativus.

² Valle delle Lavandaje, westl. Serracapriola, östlich Ururi.

³ S. Maria di Pulsano. Di Meo X 373.

⁴ Über die Chiesa di S. Silvestro vgl. Tria S. 432 Ziff. 56.

⁵ S. Leucio, nordöstlich Serracapriola.

⁶ Isole di Tremiti. Von den drei Inseln dieser Gruppe dürfte hier S. Nicola gemeint sein, auf der das Zisterzienser-kloster S. Maria lag.

⁷ Colle Martello, östlich Chieuti.

[f. 220^b]In casali Tumbucii¹.

[39] Antonius de Precina . . . dixit, quod abbas monasterii Sancte Helene² hodie tenet et possidet casale Montiscalvi³ et casale Tumbucii⁴. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis casalibus, dixit, quod abbates, qui fuerunt pro tempore in eodem monasterio, servierunt de casalibus ipsis ratione adhoamenti vel servicii dominis regibus, qui tunc erant et sunt, de medio milite. Item interrogatus, si aliqua restituta sunt ecclesiis aut personis quibuscumque post felicem ingressum domini regis in regnum, dixit nichil scire; set tamen audivit dici, quod castrum Serre Capriole restitutum fuit post felicem ingressum domini regis in regnum comiti Rogerio de Celano, et castrum Marchie⁵ restitutum fuit domino Henrrico de Machia. Interrogatus, si curia ius habet in ipsis castris, dixit, quod vidit quondam Manfridum principem Tarentinum tenentem et possidentem predicta castra Serre Capriole et Machie.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

[f. 221^b]In castro Venafri⁶.

[40] Symeon de Syginolfo . . . dixit se scire, quod Thomasius et Rogerius de Stipite fratres hodie tenent et possident castrum Venafri; restitutum fuit eis post felicem ingressum domini nostri regis in regnum. Interrogatus, si curia ius habet in ipso castro, dixit se scire, quod vidit quondam principem Monfridum^a tenentem ipsum castrum et dominum Guilielmum de Manuppello militem tenentem predictum castrum Venafri ex donatione predicti domini Monfredi^a. Interrogatus, si alius prelatus vel abbas hodie tenet et possidet aliqua bona in ipso castro, dixit se scire, quod episcopus Alarini⁷ habet ibi diocesim suam.

Die weiteren Zeugen sagen dasselbe aus.

VIII. Besitzungen des Bistums Teramo. 1283.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. 92 (Carte sciolte) fol. 124—125. Orig. chart.

[f. 124^a] Inquisitio facta in Podio Coni⁸, terra circumadiacente Teramo, Miano⁹ et Rapin(o)¹⁰, die Veneris XXVI. februarii XI. ind.

Gentilis Dati de Podio Coni iuratus et interrogatus diligenter, si ecclesia Teramensis et episcopi, qui pro tempore fuerunt in eadem ecclesia, predecessores predicti domini Rogerii¹¹ episcopi eiusdem ecclesie, ratione ipsius ecclesie iuste et rationabiliter tenuerunt et possederunt Teramum, Mianum⁹, Rapin(um)¹⁰, Collevetulum¹², Roccam Sancte Marie¹³, Mor-

^a So Orig.

¹ Ein Colle Tomichio, südöstl. S. Croce di Magliano.

² S. Elena, südl. S. Croce di Magliano.

³ Eine Difesa Montecalvo, östl. des Colle Tomichio.

⁴ Über diesen Besitz vgl. Tria S. 469.

⁵ Andere Zeugen nennen es: castrum Mache. Gemeint ist Macchia Valfortore, südwestl. S. Croce di Magliano.

⁶ Bonifro.

⁷ Larino.

⁸ Poggiocono, östlich Teramo.

⁹ Miano, südlich Teramo.

¹⁰ Rapino, südlich Teramo.

¹¹ Rogerius wurde am 16. November 1282 zum Bischof providiert. Eubel I² 96.

¹² Collevocchio, südsüdwestlich Teramo.

¹³ Rocca S. Maria heißt eine Gegend westlich von Teramo.